

MARTYROLOGIVM ROMANVM;

Ad nouam Kalendarij rationem, &
Ecclesiasticæ historiæ veritatem
restitutum.

Gregorij XIII. Pont. Max. iussu editum.



12

L Y G D V N I,

Apud Gulielmum Rouillum.

M. D. LXXXIII.

CVM LICENTIA ARCHIEPISCOPI



EXPLICATIO. EORVM. QVÆ IN MARTYROLOGIO

Romano ad pronuntiationem
Lunæ pertinent.



N hoc Martyrologio litteræ, quæ ordinatim supra Sanctorum historias sunt dispositæ, indicant singulis diebus totius anni, quota Luna sit pronuntianda, sūntque numero 30. quot nimirum sunt Epactæ, ex quibus cyclus Epactarum compositus est; quarum hæc est significatio. Littera I significat Epactam i. b. Epactam i. d. Epactam i. d. & sic deinceps alia litteræ alias Epactas significant; vt in apposita tabella perspicuum est, in qua singulis Epactarum numeris singulæ quoque litteræ respondent, modo maiusculæ, & modo minusculæ.

| | | | | | | | | | | | |
|-------|-------|-------|--------|---------|-------|--------|-------|--------|---------|--------|--------|
| a | b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m |
| I. | II. | III. | III. | V. | VI. | VII. | VIII. | IX. | X. | XI. | XII. |
| D | E | F | G | H | I | J | K | L | M | N | O |
| XII. | XIII. | XIV. | XV. | XVI. | XVII. | XVIII. | XIX. | XX. | XXI. | XXII. | XXIII. |
| D | E | F | G | H | I | J | K | L | M | N | O |
| XXIV. | XXV. | XXVI. | XXVII. | XXVIII. | XXIX. | XXX. | XXXI. | XXXII. | XXXIII. | XXXIV. | XXXV. |

Vltima tamen Epacta non est signata numero arithmeticō, sed hac nota cui respondet littera P maiuscula. Substituuntur autē huiusmodi triginta litteræ in locum 30. numerorū Epactarū, secundum antiquā Ecclesiæ consuetudinē, quæ loco Aurorum numerorum litteras ponebat, ne forte in Luna pronuntianda fiat error, & confusio inter numeros cycli Epactarum, & numeros designantes, quorū diēs habet Luna. Ceterum quāquis

M A R T Y R O L O G I V M

R O M A N V M,

Singulis anni dīebus iuxta nouam Kalendarij rationem accommodatum.

Gregorij XIII. Pont. Max. iussu editum.

I. Kalendis Ianuarij. Luna. A*

| | | | | | | | | | | | | | | | | |
|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|
| a | b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | p | q | r | s |
| 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 |
| 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 25 | 26 | 26 | 26 | 27 | 28 | 29 | 30 | 1 | | |
| A | B | C | D | E | F | F | G | H | M | N | P | R | | | | |



Ecce nō-Domini nostri Iesu Christi, & Octaua Natiuitatis eiusdē. Romæ sancti Almachij martyris, qui iubente Alipio Urbis præfecto, cum diceret: Hodie octauæ Dominici diei sunt, cessate à superstitionibus idolorum, & à sacrificiis pollutis; à gladiatoribus occisus est. Ibidem via Appia coronæ sanctorum militum triginta sub Diocletiano Imperatore. Item Romæ sanctæ Martinæ virginis, quæ sub Alexandro Imperatore diuerfis tormentorum generibus cruciata, tandem gladio martyrij palmam adepta est. Apud Spoletum sancti Concordij presbyteri & martyris, qui tēporibus Antonini Imperatoris primo fustibus cæsus, dehinc equulco suspensus, ac postea in carcere maceratus, ibique angelica visitatione consolatus, demum gladio vitam

A